Mythologia, Venise, 1567 - X [42] : De Chirone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [42] : De Chirone *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 12 : De Chirone *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [42] : De Chiron *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [42] : De Chiron *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [42] : De Chirone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/990

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/990?context=pdf

Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination295v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesChiron
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/990?context=pdf

& quæ ſint corruptionis ac generationis elementorum principia; nunc videtur dicendũ de iis quæ pertinent ad conſeruandas formas ſingulorum animalium, & compoſitorum corporum. Eſt autem omnium horum ſol artifex, quem à ſplendore Phœbum nominarunt. Nam propter obliquum eius curſum ſub ſignifero circulo omnes & plantæ & animalia modo eius acceſſu fœtum producunt, modo receſſu vires reſumunt. Fuit idem medicæ artis peritus, & ſalubritatis ac peſtilentiæ artifex creditus, quoniam vis ſolis medicinæ confert, cũ nimius eius calor ſit peſtifer omnibus animantibus. Eſt enim omnis animantium ſalus in ſymmetria caloris conſtituta: quare generationis & corruptionis artifex ſol eſt appellandus, vt ſenſerunt antiqui.

De Aeſculapio.

AESCVLAPIVM idcirco finxerunt antiqui Phœbi & Coronidis, quam aeris temperamentum eſſe dicebamus filium, quia niſi ſolis calor aera purget ac rariorem faciat modicè, & niſi humoris vis quædam in ipſo aere relinquatur, nulla eſſe poteſt ſalubritas. Fuit igitur Aeſculapius aer benè affectus, cuius filia fuit Sanitas aut bona valetudo. Eſt enim aeris temperies non homini ſolum, ſed etiam cunctis cæteris animalibus, & plantis ſalubris, quare Iove & Solis filiũ Aeſculapiũ, & ſalubrè vim de ſole animis corporibusque ſubuenientem dixerunt. Sed quia vis ſolis aſsiduè commiſcerat oportet ipſum aera matrem illi Deo miſsionem tribuerunt. Per hæc igitur non ſolum autorem generationis & corruptionis ſolem ſignificabant antiqui, ſed etiam ſalubritatis; cum mediocritas conſeruet, at quod nimium eſt vel minimum interimat; omnis enim vita animantium & ſanitas eſt in mediocritate conſtituta.

De Chirone.

ATQVE cum in aeris optime affecti natura facultas ſit conſtituta facile conualeſcendi, accidit aliquando male affecti corporis malignos humores in aliquam partem ipſius corporis debiliorem confluere; quod enim per totum corpus diffuſum fuerat à vi naturæ in vnũ locum expellitur, Chironem peritũ chirurgiæ celebrarunt. Sic enim ſignificabant phyſicas actiones per has fabulas, quæ ſpectabant ad conſeruanda ſingula compoſita corpora naturalia.

De Venere.

DEINDE quoniam alia ex animalibus naſcuntur è corruptione, alia è coniunctione; quid conferret vtriſque explicarunt. Atque naſcentibus quidem ex corruptione mediocritas caloris, & cœli clementia ad educẽdum neceſſaria eſt. illis rurſus animalibus, quæ generant ex coniunctione maris & fœminæ, peropportuna eſt aeris temperies. Nam cum ſemen è ſubtiliore ſanguinis parte ſecernatur, non ita facile illud ſit, niſi ſanguis modice incaluerit, quod ſit per ver præcipuè. Eſt enim verna temperies quaſi lena ad procreationem vbique. Sic igitur materiam ſeminis, & aeris clementiam procreandi deſiderio neceſſariam per fabulas antiqui exprimentes, Venerem

è ge-

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/990?context=pdf